# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

### TOMUS A.
### Fasciculus 12.
Pagine [409]-[436].

## Psalterium.
## Psalmi penitentiales.
## Letania major.
## Tabula psalterii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1, 2007.
Revised July 2007, December 2007, January 2008, July 2008, April 2011, October 2012, September 2014, June, 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Govenment of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.



# ℭ *Psalmi penitentiales.* [*47r.*]

[*Hac die* [*feria quarta in capite jejunii*] [*clerici*] *post sextam prosternant se in choro et episcopus* [*vel*] *officii executor ante altare et dicant septem psalmos penitentiales cum hac antiphona* Ne reminiscáris. *et cum* Glória Patri. *in fine cujuslibet psalmi.*][1]

ℭ *Contra iram. Psalmus.* [*vj.*]

DOmine ne in furóre tuo árguas me : neque in ira tua corrípias me.

2. Miserére mei Dómine quóniam infírmus sum : sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

3. Et ánima mea turbáta est valde : sed tu Dómine úsquequo.

4. Convértere Dómine et eripe ánimam meam : salvum me fac propter misericórdiam tuam.

5. Quóniam non est in morte qui memor sit tui : in inférno autem quis confitébitur tibi.

6. Laborávi in gémitu meo : lavábo per síngulas noctes lectum meum láchrymis meis stratum meum rigábo.

7. Turbátus est a furóre óculus meus : inveterávi inter omnes inimícos meos.

8. Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

9. Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : Dóminus oratiónem meam suscépit.

10. Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória.

¶ *Contra superbiam. Psalmus.* [*xxxj.*]

BEáti quorum remísse sunt iniquitátes : et quorum tecta sunt peccáta.

2. Beatus vir cui non imputávit Dóminus peccátum : nec est in spíritu ejus dolus.

3. Quóniam tácui inveteravérunt ossa mea : dum clamárem tota die.

4. Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : convérsus sum in erúmna mea dum configitur spina.

5. Delíctum meum cógnitum tibi feci : et injustíciam meam non abscóndi.

6. Dixi Confitébor advérsum me injustíciam meam Dómino : et tu remisísti impietátem peccáti mei.

7. Pro hac orábit ad te ómnis sanctus : in témpore opportúno.

8. Verúntamen in dilúvio aquárum multárum : ad eum non approximábunt.

9. Tu es refúgium meum a tribulatióne que circúndedit me : exultátio mea erue me a circundántibus me.

10. Intelléctum tibi dabo et ínstruam te in via hac qua gradiéris : firmábo super te óculos meos.

11. Nolíte fieri sicut equus et mulus : quibus non est intelléctus.

12. In chamo et freno maxíllas eórum constrínge : qui non appróximant ad te.

13. Multa flagélla peccatóris : sperántem autem in Dómino misericórdia circundábit.

14. Letámini in Dómino et exultáte justi : et gloriámini omnes recti corde.

Glória Patri.

¶ *Contra gulam. Psalmus.* [*xxxvij.*]

DOmine ne in furóre tuo árguas me : neque in ira tua corrípias me.

2. Quóniam sagítte tue infixe sunt michi : et confirmásti super me manum tuam.

3. Non est sánitas in carne mea a fácie ire tue : non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

4. Quóniam iniquitátes mee supergrésse sunt caput meum : et sicut onus grave graváte sunt super me.

5. Putruérunt et corrúpte sunt cicatríces mee : a facie insipiéntie mee.

6. Miser factus sum et curvátus sum usque in finem : tota die contristátus ingrediébar.

7. Quóniam lumbi mei impléti sunt

illusiónibus : et non est sánitas in carne mea.

8. Afflíctus sum et humiliátus sum nimis : rugiébam a gémitu cordis mei.

9. Dómine ante te omne desi-
[47v.] dérium meum : et gémitus meus a te non est abscónditus.

10. Cor meum conturbátum est : derelíquit me virtus mea et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

11. Amíci mei et próximi mei : advérsum me appropinquavérunt et stetérunt.

12. Et qui juxta me erant de longe stetérunt : et vim faciébant qui querébant ánimam meam.

13. Et qui inquirébant mala michi locúti sunt vanitátes : et dolos tota die meditabántur.

14. Ego autem tanquam surdus non audiébam : et sicut mutus non apériens os suum.

15. Et factus sum sicut homo non áudiens : et non habens in ore suo redargutiónes.

16. Quóniam in te Dómine sperávi : tu exáudies me[2] Dómine Deus meus.

17. Quia dixi Nequándo supergáudeant michi inimíci mei : et dum commovéntur pedes mei super me magna locúti sunt.

18. Quóniam ego in flagélla parátus sum : et dolor meus in conspéctu meo semper.

19. Quóniam iniquitátem meam annunciábo : et cogitábo pro peccáto meo.

20. Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

21. Qui retríbuunt mala pro bonis detrahébant michi : quóniam sequébar bonitátem.

22. Ne derelínquas me Dómine : Deus meus ne discésseris a me.

23. Inténde in adjutórium meum Dómine : Deus salútis mee.

Glória.

¶ *Contra luxuriam. Psalmus.* [*l.*]

MIserére mei Deus : secúndum magnam misericórdiam tuam.

2. Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum : dele iniquitátem meam.

3. Amplius lava me ab iniquitáte mea : et a peccáto meo munda me.

4. Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : et peccátum meum contra me est semper.

5. Tibi soli peccávi et malum coram te feci : ut justificéris in sermónibus tuis et vincas cum judicáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus con-

céptus sum : et in peccátis concépit me mater mea.

7. Ecce enim veritátem dilexísti : incérta et occúlta sapiéntie tue manifestásti michi.

8. Aspérges me[3] ysópo et mundábor : lavábis me et super nivem dealbábor.

9. Audítui meo dabis gáudium et letíciam : et exultábunt ossa humiliáta.

10. Avérte fáciem tuam a peccátis meis : et omnes iniquitátes meas dele.

11. Cor mundum crea in me Deus : et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

12. Ne projícias me a fácie tua : et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

13. Redde michi letíciam salutáris tui : et spíritu principáli confírma me.

14. Docébo iníquos vias tuas : et ímpii ad te converténtur.

15. Líbera me de sanguínibus Deus Deus salútis mee : et exultábit lingua mea justíciam tuam.

16. Dómine lábia mea apéries : et os meum annunciábit laudem tuam.

17. Quóniam si voluísses sacrifícium dedíssem : útique olocáustis non delectáberis.

18. Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

19. Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Syon : ut[4] edificéntur muri Hierúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrifícium justí-cie oblatiónes et olocáusta : tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri.

¶ *Contra avariciam. Psalmus.* [*cj.*]

DOmine exáudi oratiónem meam : et clamor meus ad te véniat.

2. Non avértas fáciem tuam a me : in quacúnque die tríbulor inclína ad me aurem tuam.

3. In quacúnque die invocávero te : velóciter exáudi me.

4. Quia defecérunt sicut fumus dies mei : et ossa mea sicut crémium aruérunt.

5. Percússus sum ut fenum et áruit cor meum : quia oblítus sum comédere panem meum.

6. A voce gémitus mei : adhésit os meum carni mee.

7. Símilis factus sum pellicáno solitúdinis : factus sum sicut nictícorax in domicílio.

8. Vigilávi : et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

9. Tota die exprobrábant michi inimíci mei : et qui laudábant me advérsum me jurábant.

10. Quia cínerem tanquam panem

manducábam : et potum meum cum fletu miscébam.

11. A fácie ire indignatiónis tue : [48r.] quia élevans allisísti me.

12. Dies mei sicut umbra declinavérunt : et ego sicut fenum árui.

13. Tu autem Dómine in etérnum pérmanes : et memoriále tuum in generatióne et generatiónem.

14. Tu exúrgens miseréberis Syon : quia tempus miseréndi ejus quia venit tempus.

15. Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : et terre ejus miserebúntur.

16. Et timébunt gentes nomen tuum Dómine : et omnes reges terre glóriam tuam.

17. Quia edificávit Dóminus Syon : et vidébitur in glória sua.

18. Respéxit in oratiónem humílium : et non sprevit precem eórum.

19. Scribántur hec in generatióne áltera : et pópulus qui creábitur laudábit Dóminum.

20. Quia prospéxit de excélso sancto suo : Dóminus de celo in terram aspéxit.

21. Ut audíret gémitus compeditórum : ut sólveret fílios interemptórum.

22. Ut annúncient in Syon nomen Dómini : et laudem ejus in Hierúsalem.

23. In conveniéndo pópulos in unum : et reges ut sérviant Dómino.

24. Respóndit ei in via virtútis sue : Paucitátem diérum meórum núncia michi.

25. Ne révoces me in dimídio diérum meórum : in generatióne et generatiónem anni tui.

26. Inítio[5] tu Dómine terram fundásti : et ópera mánuum tuárum sunt celi.

27. Ipsi períbunt tu autem pérmanes : et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

28. Et sicut opertórium mutábis eos et mutabúntur : tu autem idem ipse es et anni tui non defícient.

29. Fílii servórum tuórum habitábunt : et semen eórum in séculum dirigétur.

Glória Patri.

¶ *Contra invidiam. Psalmus.* [*cxxix.*]

DE profúndis clamávi ad te Dómine : Dómine exáudi vocem meam.

2. Fiant aures tue intendéntes : in vocem deprecatiónis mee.

3. Si iniquitátes observáveris Dómine : Dómine quis sustinébit.

4. Quia apud te propiciátio est : et

propter legem tuam sustínui te Dómine.

5. Sustínuit ánima mea in verbo ejus : sperávit ánima mea in Dómino.

6. A custódia matutína usque ad noctem : speret Israel in Dómino.

7. Quia apud Dóminum misericórdia : et copiósa apud eum redémptio.

8. Et ipse rédimet Israel : ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória.

¶ *Contra accidiam. Psalmus.* [*cxlij.*]

DOmine exáudi oratiónem meam : áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua exáudi me in tua justícia.

2. Et non intres in judícium cum servo tuo : quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

3. Quia persecútus est inimícus ánimam meam : humiliávit in terra vitam meam.

4. Collocávit me in obscúris sicut mórtuos séculi : et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

5. Memor fui diérum antiquórum meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : in factis mánuum tuárum meditábar.

6. Expándi manus meas ad te : ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

7. Velóciter exáudi me Dómine : defécit spíritus meus.

8. Non avértas fáciem tuam a me : et símilis ero descendéntibus in lacum.

9. Audítam fac michi mane misericórdiam tuam : quia in te sperávi.

10. Notam fac michi viam in qua ámbulem : quia ad te levávi ánimam meam.

11. Eripe me de inimícis meis Dómine ad te confúgi : doce me fácere voluntátem tuam quia Deus meus es tu.

12. Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : propter nomen tuum Dómine vivificábis me in equitáte tua.

13. Edúces de tribulatióne ánimam meam : et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

14. Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri.

1519-P:172r; 1531-P:48r.

3861. *Antiphona.* Ne reminiscáris Dómine delícta nostra vel paréntum nostrórum neque vindíctam sumas de peccátis nostris.[6] *Non dicitur ulterius quando dicitur in choro.* Parce Dómine parce pópulo tuo quem redemísti pretióso sánguine tuo ne in etérnum irascáris nobis : et ne des hereditátem tuam in perditiónem ne in etérnum obliviscáris nobis.

[*Et hec omnia sine nota dicantur tam a sacerdote quam a toto choro.*][7]

[*In fine autem psalmorum dum dicitur antiphona erigat se officii executor scilicet episcopus si presens est ad altare vel ejus vicarius ad gradum altaris, et ibi absolvat clerum et populum cum oracionibus que continentur in ordinali ad missam hujus diei : deinde fiat benediccio cinerum.*][8]

# [*Letania major.*]

[*48v.*] ℂ *Notandum quod omni feriali die per totam quadragesimam dicitur letania sicut in secunda feria usque ad ordinem martyrum, et a* Propícius esto. *usque ad finem. Et quicquid sacerdos dicit de letania chorus idem repetat plene et integre usque ad prolationem* Ut pacem nobis dones. *Tunc respondent chorus* Te rogámus audi nos. *tantum, et sic de singulis usque ad* Fili Dei. Te rogámus. *Tunc respondent chorus idem et sic de singulis usque ad* Kyri eléyson. Christe eléyson. Kyri eléyson.

## ℂ *Feria secunda. Letania.*

1519-P:172r; SP:164r.; 1531-P:48v.[9]



Sancta Dei génitrix. ora.
Sancta Virgo vírginum. ora.
Sancte Míchael. ora.
Sancte Gábriel. ora.
Sancte Ráphael. ora.
Omnes sancti ángeli et archángeli. Oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum spirítuum órdines. Oráte pro nobis.
Sancte Johánnes baptísta. ora.
Omnes sancti patriárche et prophéte. Oráte.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andréa. ora.
Sancte Johánnes. ora.
Sancte Jacóbe. ora.
Sancte Thoma. ora.
Sancte Philíppe. ora.
Sancte Jacóbe. ora.
Sancte Mathée. ora.
Sancte Bartholomée. ora.
Sancte Symon. ora.
Sancte Thadée. ora.
Sancte Mathía. ora.
Sancte Bárnaba. ora.
Sancte Marce. ora.
Sancte Luca. ora.
Omnes sancti apóstoli et evangelíste. Oráte pro nobis.
Omnes sancti discípuli Dómini et innocéntes. Oráte pro nobis.

*Hucusque dicitur in singulis letaniis.*

## ℂ *Feria secunda in quadragesima.*

Sancte Stéphane. ora.
Sancte Line. ora.
Sancte Clete. ora.
Sancte Clemens. ora.
Sancte Fabiáne. ora.
Sancte Sebastiáne. ora.
Sancte Cosma. ora.
Sancte Damiáne. ora.
Sancte Prime. ora.
Sancte Feliciáne. ora.
Sancte Dionísi cum sóciis tuis. Ora pro nobis.
Sancte Victor cum sóciis tuis. ora.
Omnes sancti mártyres. Oráte pro.
Sancte Silvéster. ora.
Sancte Leo. ora.
Sancte Hierónime. ora.
Sancte Augustíne. ora.
Sancte Ysidóre. ora.
Sancte Juliáne. ora.
Sancte Gildárde. ora.
Sancte Medárde. ora.
Sancte Albíne. ora.
Sancte Eusébi. ora.
Sancte Swithúne.[10] ora.
Sancte Biríne[11] ora.
Omnes sancti confessóres. Oráte pro.
Omnes sancti monáchi et heremíte.

Oráte.
Sancta María Magdaléne. ora.
Sancta María Egyptíaca. ora.
Sancta Margaréta. ora.
Sancta Scolástica. ora.
Sancta Petronílla.[12] ora.
Sancta Genovéfa. ora.
Sancta Praxédis. ora.
Sancta Sothéris. ora.
Sancta Prisca. ora.
Sancta Tecla. ora.
Sancta Afra.[13] ora.
Sancta Edítha. ora.



Omnes sancte vírgi-nes. O-rá-te pro no-bis. *ij.* Omnes



sancti. O-rá-te pro no-bis. *ij.*

---

[*Deinde statim sequatur.*][14]



Pro-pí-ci- us esto : parce no-bis Dómi-ne.

[*Chorus idem repetat.*][15]



Ab omni ma-lo. Lí-be-ra nos Dómi-ne.

[*Chorus idem repetat et sic de singulis versibus, et in secunda feria in rogacionibus.*][16]

Ab insídiis diáboli.
Líbera nos Dómine.
A damnatióne perpétua.
Líbera nos Dómine.
Ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis.
Líbera nos Dómine.
Ab infestatiónibus demónium. [*49r.*]
Libera.
A spíritu fornicatiónis. Líbera nos.

Ab appetítu inánis glórie. Líbera.
Ab omni immundícia mentis et córporis. Líbera nos Dómine.
Ab ira et ódio et omni mala voluntáte. Líbera nos Dómine.
Ab immúndis cogitatiónibus. Líbera.
A cecitáte cordis. Líbera nos Dómine.
A fúlgure et tempestáte. Líbera nos.
A subitánea et improvísa morte. Líbera.
Per mystérium sancte incarnatiónis tue. Líbera nos Dómine.
Per nativitátem tuam. Líbera nos.
Per sanctam circumcisiónem tuam. Líbera.
Per baptísmum tuum. Líbera nos.
Per jejúnium tuum. Libera nos Dómine.
Per passiónem et crucem tuam. Libera.
Per preciósam mortem tuam. Libera.
Per gloriósam resurrectiónem tuam. Líbera.
Per admirábilem ascensiónem tuam. Líbera.
Per grátiam Sancti Spíritus Paráclyti. Líbera.
In hora mortis. Succúrre nobis Dómine.[17]
In die judícii. Líbera nos Dómine.



Pecca-tó-res. Te ro-gámus audi nos.

[*Chorus idem.*][18]



℣. Ut pa-cem no-bis dones.

[*Chorus respondeat sic.*][19]



℟. Te ro-gámus audi nos.



℣. Ut mi-se-ri-córdi- a et pí- e-tas tu- a nos custó-di- at.

[*Chorus respondeat.*][20]



℟. Te ro-gámus audi nos.

[*et sic de singulis diebus ut supra in ij. fer. in rogacionibus.*][21]

Ut Ecclésiam tuam régere et defensáre dignéris.

Te rogámus audi nos.

Ut domnum[22] apostólicum et omnes gradus ecclésie in sancta religióne conserváre dignéris.

Te rogámus audi nos.

Ut epíscopos et abbátes nostros : in sancta religióne conserváre dignéris. Te.

[23]Ut regi nostro et princípibus nostris pacem et veram concórdiam atque victóriam donáre dignéris.

Te rogámus audi nos.

Ut congregatiónes ómnium sanctórum in tuo sancto servítio conserváre dignéris. Te rogámus.

Ut cunctum pópulum Christiánum precióso sánguine tuo redémptum conserváre dignéris.

Te rogámus audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona tríbuas.

Te rogámus.

Ut ánimas nostras et paréntum nostrórum ab etérna damnatióne erípias. Te rogámus audi nos.

Ut fructus terre dare et conserváre dignéris. Te rogámus audi nos.

Ut óculos misericórdie tue super nos redúcere dignéris. Te rogámus audi.

Ut obséquium servitútis nostre rationábile fácias. Te rogámus audi nos.

Ut mentes nostras ad celéstia desidéria érigas. Te rogámus audi nos.

Ut misérias páuperum et captivórum intúeri et releváre dignéris.

Te rogámus.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem etérnam dones.

Te rogámus audi.

Ut nos exáudire dignéris.

Te rogámus.



Fi-li De- i. Te ro-gámus audi nos.

[*Chorus idem dicatur.*][24]



℣. Agnus De- i qui tol-lis peccá-ta mundi : ex-áudi nos Dómi-ne.

[*Chorus idem dicatur.*][25]



℣. Agnus De- i qui tol-lis peccá-ta mundi : parce no-bis Dómi-ne.

[*Chorus idem dicatur.*][26]



℣. Agnus De- i qui tol-lis peccá-ta mundi : mi-se-ré-re no-bis.

[*Chorus idem.*][27]



Ky-ri- e-léyson.

[*Chorus idem.*][28]



Christe-léyson.

[*Chorus idem.*][29]



Ky-ri- e- léyson.

[*Chorus idem.*][30]

[℣.] Pater noster. [5]. [*secreto*]


℣. Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ónem. ℟. Sed lí-be-ra nos
a ma-lo. ℣. Osténde no-bis Dómi-ne mi-se-ri-córdi- am
tu- am. ℟. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis. ℣. Et vé-ni- at
su-per nos mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne. ℟. Sa-lu-tá-re
tu- um se-cúndum e-lóqui- um tu- um. ℣. Peccá-vimus cum
pá-tri-bus nostris. ℟. Injúste é-gimus i-niqui-tá-tem fé-cimus.
℣. Dómi-ne non se-cúndum peccá-ta nostra fá-ci- as no-bis.
℟. Neque se-cúndum i-niqui-tá-tes nostras retrí-bu- as no-bis.
℣. O-rémus pro omni gra-du ecclé-si- e. ℟. Sa-cerdó-tes


tu-i in-duántur justí-ci-am, et sancti tu-i ex-últent.
℣. Pro frá-tri-bus et so-ró-ri-bus nostris. ℟. Salvos fac servos
tu-os et ancíl-las tu-as : De-us me-us spe-rántes in te.
℣. Pro cuncto pópu-lo Chri-sti-á-no. ℟. Salvum fac pópu-lum
tu-um Dómi-ne et bé-ne-dic he-re-di-tá-ti tu-e, et re-ge
e-os et extólle il-los usque in e-térnum. ℣. Dómi-ne fi-at
pax in virtú-te tu-a. ℟. Et a-bundánci-a in túrri-bus tu-is.
℣. Anime famu-ló-rum famu-la-rúmque tu-á-rum requi-
éscant in pa-ce. ℟. Amen. ℣. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti-ó-



nem me- am. ℟. Et clamor me- us ad te vé-ni- at. ℣. Dómi-nus



vo-bíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu- o. ℣. O-rémus.

[*Oratio.*][31]

DEus cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe de-
[*49v.*] precatiónem nostram : et quos delictórum cathéna constríngit, miserátio tue pietátis absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. [℟.] Amen.

Orémus.

[*Oratio.*]

OMnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus : preténde super fámulos tuos pontífices et super cunctas congregatiónes illis commíssas spíritum grátie salutáris : et ut in veritáte tibi compláceant : perpétuum eis rorem tue benedictiónis infúnde.

*Oratio.*

DEus qui caritátis dona per grátiam Sancti Spíritus tuórum córdibus fidélium infúndis : da fámulis et famulábus tuis, frátribus et soróribus nostris pro quibus tuam deprecámur cleménciam salútem mentis et córporis : ut te tota virtúte díligant, et que tibi plácita sunt, tota dilectióne perfíciant.

*Oratio.*

DEus a quo sancta desidéria recta consília et justa sunt ópera, da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem : ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

*Oratio.*

INeffábilem misericórdiam tuam nobis quésumus Dómine cleménter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a penis quas pro his merémur benígnus erípias.

*Oratio.*

FIdélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor : animábus ómnium fidélium defunctórum, remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam quam optavérunt piis supplicatiónibus consequántur.

*Oratio.*

PIetáte tua quésumus Dómine nostrórum solve víncula ómnium delictórum, et intercedénte beáta et gloriósa sempérque vírgine Dei genitríce María cum ómnibus sanctis tuis, nos fámulos tuos et omnem pópulum cathólicum in omni sanctitáte custódi, omnésque consanguinitáte ac familiaritáte vel confessióne et oratióne nobis junctos, seu omnes Christiános a víciis purga, virtútibus illústra, pacem et salútem nobis tríbue, hostes visíbiles et invisíbiles rémove, pestem repélle : inimícis nostris caritátem largíre, et ómnibus fidélibus vivis ac defúnctis in terra vivéntium vitam et réquiem etérnam concéde. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. [℟.] Amen.

[ ❡*Notandum est quod in omni feriali die dicatur letania sicut in ij. feria usque ad ordinem nominatorum et a* Propícius esto. *usque ad finem.*][32]

## ❡ *Feria iij. in quadragesima ordo martyrum &c.*

| | |
|---|---|
| Sancte Thoma | ora. |
| Sancte Sixte | ora. |
| Sancte Cornéli[33] | ora. |
| Sancte Cypriáne | ora. |
| Sancte Johánnes | ora. |
| Sancte Paule | ora. |
| Sancte Marcellíne | ora. |
| Sancte Petre | ora. |
| Sancte Vite | ora. |
| Sancte Modéste | ora. |
| Sancte Adriáne | ora. |
| Sancte Nichási cum sóciis tuis | ora. |
| Sancte Eustáchi cum sóciis tuis | ora. |
| Omnes sancti mártyres. | Oráte. |
| Sancte Gregóri | ora pro nobis. |
| Sancte Augustíne | ora pro nobis. |

Sancte Ambrósi ora.
Sancte Remígi ora.
Sancte Donatiáne ora.
Sancte Elígi ora.
Sancte Audomáre ora.
Sancte Sulpíci ora.
Sancte Patérne ora.
Sancte Patríci ora.
Sancte Dunstáne ora.
Sancte Grimbálde ora.
Omnes sancti confessóres. Oráte pro.
Omnes sancti monáchi et heremíte. Oráte.
Sancta Felícitas ora.
Sancta Perpétua ora.
Sancta Colúmba ora.
Sancta Cristína ora.
Sancta Eulália ora.
Sancta Eufémia ora.
Sancta Eugénia ora.
Sancta Gertrúdis ora.
Sancta Ragenflédis[34] ora.
Sancta Batíldis ora.
Sancta Anastásia ora.
Sancta Etheldréda ora.
Omnes sancte vírgines. Oráte pro.
Omnes sancti. Oráte pro nobis.
Propícius esto : parce nobis Dómine.
[Ab omni malo. *&c. ut supra* [426].]

[*Preces et collecte hac die et ceteris feriis que in ij. feria dicebatur.*][35] [426].

## ℭ *Feria quarta in xl. ordo martyrum.*

Sancte Laurénti ora.
Sancte Tibúrti[36] ora.
[*50r.*] Sancte Valeriáne ora.
Sancte Prothe ora.
Sancte Hiacíncte[37] ora.
Sancte Abdon ora.
Sancte Sennes ora.
Sancte Thymotée[38] ora.
Sancte Apolináris[39] ora.
Sancte Saturníne ora.
Sancte Mauríci cum sóciis tuis ora.
Sancte Géreon cum sóciis tuis. ora.
Omnes sancti mártyres. Oráte.
Sancte Hylári[40] ora.
Sancte Martíne ora.
Sancte Brici ora.
Sancte Amánde ora.
Sancte Vedáste ora.
Sancte Germáne ora.
Sancte Ausbérte ora.
Sancte Vulfránne ora.
Sancte Arnúlphe ora.
Sancte Sílvine ora.
Sancte Táurine[41] ora.
Sancte Cuthbérte[42] ora.
Omnes sancti confessóres. Oráte.
Omnes sancti monáchi et heremíte. Oráte.
Sancta Agatha ora.
Sancta Susánna ora.

Sancta Brigída ora.
Sancta Bárbara ora.
Sancta Marína ora.
Sancta Martína ora.
Sancta Felícula ora.
Sancta Julíta ora.
Sancta Sapiéntia ora.
Sancta Fides ora.
Sancta Spes ora.
Sancta Cháritas[43] ora.
Omnes sancte vírgines. Oráte pro nobis.
Omnes sancti. Oráte pro nobis.
Propícius esto : parce nobis Dómine.
*&c. ut supra.* [426].

## ℂ *Feria quinta in quadragesima.*

Sancte Vincénti. ora.
Sancte Gervási ora.
Sancte Prothási ora.
Sancte Tymothée ora.
Sancte Simphoriáne ora.
Sancte Felicíssime ora.
Sancte Agapíte ora.
Sancte Albáne ora.
Sancte Gorgóni ora.
Sancte Achillée ora.
Sancte Ypólite cum sóciis tuis. ora.
Sancte Luciáne cum sóciis tuis. ora.
Omnes sancti mártyres. Oráte.
Sancte Nicoláe ora.
Sancte Audoéne ora.
Sancte Románe ora.
Sancte Laude ora.
Sancte Machúte ora.
Sancte Sanson[44] ora.
Sancte Plácide ora.
Sancte Columbáne ora.
Sancte Anthóni ora.
Sancte Machári ora.
Sancte Richári[45] ora.
Sancte Ethelwólde ora.
Omnes sancti confessóres. Oráte.
Omnes sancti monáchi et heremíte. Oráte.
Sancta Cecília ora.
Sancta Fides[46] ora.
Sancta Austrobérta ora.
Sancta Emerentiána ora.
Sancta Potentiána ora.
Sancta Oportúna ora.
Sancta Sophía ora.
Sancta Juliána ora.
Sancta Béatrix ora.
Sancta Crescéntia ora.
Sancta Walbúrgis ora.
Sancta Ermeníldis ora.
Omnes sancte vírgines. Oráte pro.
Omnes sancti. Oráte pro nobis.
Propícius esto : parce nobis Dómine.
[*&c. ut supra.* [426].]

## ℭ *Feria sexta in quadragesima.*

Sancte Quintíne ora.
Sancte Christófore ora.
Sancte Lambérte ora.
Sancte Geórgi ora.
Sancte Marcélle ora.
Sancte Theodóre ora.
Sancte Valentíne ora.
Sancte Grisógone ora.
Sancte Felix ora.
Sancte Adáucte ora.
Sancte Bonifáci cum sóciis tuis. ora.
Sancte Kyliáne[47] cum sóciis tuis. ora.
Omnes sancti mártyres. Oráte.
Sancte Benedícte ora.
Sancte Maure ora.
Sancte Maióle ora.
[*50v.*] Sancte Egídi ora.
Sancte Wandregísile ora.
Sancte Wolmáre ora.
Sancte Philibérte[48] ora.
Sancte Bértine ora.
Sancte Wínnoce ora.
Sancte Júdoce ora.
Sancte Pétroce ora.
Sancte Bótulphe ora.
Omnes sancti confessóres. Oráte pro.
Omnes sancti monáchi et heremíte. Oráte.
Sancta Lúcia ora.
Sancta Katherína ora.
Sancta Sabína ora.
Sancta Justína ora.
Sancta Eufráxia ora.
Sancta Fausta ora.
Sancta Monegúndis ora.
Sancta Aldegúndis ora.
Sancta Radegúndis ora.
Sancta Piéntia ora.
Sancta Benígna ora.
Sancta Walbúrgis ora.[49]
Omnes sancte vírgines. Oráte pro.
Omnes sancti. Oráte pro nobis.
Propícius esto : parce nobis Dómine.
[*&c. ut supra,* [426].]

## ℭ *Sabbato in quadragesima.*

Sancte Calíxte.[50] ora.
Sancte Urbáne ora.
Sancte Magne ora.
Sancte Menna ora.
Sancte Ruphe ora.
Sancte Valéri ora.
Sancte Procésse ora.
Sancte Martiniáne ora.
Sancte Marce ora.
Sancte Marcelliáne ora.
Sancte Gordiáne cum sóciis tuis. ora.
Sancte Pancráci cum sóciis tuis. ora.
Omnes sancti mártyres. Oráte pro.
Sancte Aldélme ora.
Sancte Aniáne ora.
Sancte Evúrci ora.

Sancte Basíli ora.
Sancte Maurílli[51] ora.
Sancte Germáne ora.
Sancte Ausbérte[52] ora.
Sancte Mamérte ora.
Sancte Wilibrórde ora.
Sancte Leonárde ora.
Sancte Athanási ora.
Sancte Oswálde ora.
Omnes sancti confessóres. Oráte.
Omnes sancti monáchi et heremíte. Oráte.
Sancta Agnes ora.
Sancta Benedícta ora.
Sancta Martha ora.
Sancta Hélena ora.
Sancta Euprépia ora.
Sancta Cándida ora.
Sancta Basilíssa ora.
Sancta Bálbina ora.
Sancta Ursula ora.
Sancta Victória ora.
Sancta Coróna ora.
Sancta Sexbúrgis ora.
Omnes sancte vírgines. Oráte.
Omnes sancti. Oráte pro nobis.
Propícius esto : parce nobis Dómine. *&c. ut supra.* [426].

## ¶ *Finit psalterium secundum usum Sarum.*

# ℂ *Tabula psalterii*

## *ordine alphabetico ad inveniendum quoto foliculo unusquisque psalmus situetur.*[53]

[priore numero *psalmum*, posteriore *paginulam* indicante].[54]

### A.[55]


| | | |
|---|---|---|
| Ad te levávi óculos. | (*cxxij.*) | [57]. |
| Ad te Dómine levávi. | (*xxiv.*) | [93]. |
| Ad te Domine clamabo. | (*xxvij.*) | [161]. |
| Afférte Dómino filii. | (*xxviij.*) | [162]. |
| Audíte hec omnes. | (*xlviij.*) | [209]. |
| Atténdite pópule. | (*lxxvij.*) | [250]. |
| Audíte celi que loquor. | (*Moysi.*) | [305]. |
| Ad Dóminum cum tribulárer. | (*cxix.*) | [321]. |


### B.


| | | |
|---|---|---|
| Beátus vir qui non. | (*j.*) | [12]. |
| Benedícite ómnia ópera Dómino. | (*Trium puerorum.*) | [48]. |
| Benedíctus Dómimus. | (*Zacharie.*) | [56]. |
| Beáti immaculáti. | (*cxviij. j.* [*aleph*]) | [96]. |
| Bonitátem fecísti. | (*cxviij. v.* [*teth*]) | [133]. |
| Beáti quorum. | (*xxxj.*) | [165]. |
| Benedícam Dóminum in. | (*xxxiij.*) | [166]. |
| Beátus qui intélligit. | (*xl.*) | [203]. |
| Benedixísti Dómine. | (*lxxxiv.*) | [268]. |
| Bonum est confitéri. | (*xcj.*) | [275]. |
| Bénedic ánima. *j.* | (*cij.*) | [292]. |
| Bénedic ánima. *ij.* | (*ciij.*) | [294]. |
| Bonum est confitéri Dómino | (*xvj.*) | [304]. |
| Beátus vir qui timet. | (*cxj.*) | [313]. |
| [*51r.*] Beáti omnes qui timent. | (*cxxvij.*) | [332]. |
| Benedíctus Dóminus Deus meus qui docet. | (*cxliij.*) | [352]. |

## C.


| | | |
|---|---|---|
| Cum invocárem. | (*iv.*) | [13]. |
| Confitébor tibi Dómine. *j.* | (*ix.*) | [18]. |
| Consérva me Dómine. | (*xv.*) | [25]. |
| Celi enárrant. | (*xviij.*) | [34]. |
| Cantáte Dómino [cánticum novum]. *iij.* | (*cxlix.*) | [50]. |
| Confitémini Dómino [quóniam]. *iiij.* | (*cxvij.*) | [95]. |
| Clamávi in toto. | (*cxviij. x.* [*koph*]) | [151]. |
| Confitébor tibi Dómine quóniam irátus es. | (*Esaie.*) | [176]. |
| Confitébimur tibi. | (*lxxiv.*) | [248]. |
| Cantémus Dómino. | (*Moysi.*) | [258]. |
| Cantáte Dómino cánticum *j.* | (*xcv.*) | [278]. |
| Cantáte Dómino cánticum *ij.* | (*xcvij.*) | [289]. |
| Confitémini Dómino [et invocáte] *j.* | (*civ.*) | [295]. |
| Confitémini [Dómino quóniam] *ij.* | (*cv.*) | [297]. |
| Confitémini [Dómino quóniam] *iij.* | (*cvj.*) | [299]. |
| Confitébor [tibi Dómine] *ij.* | (*cx.*) | [312]. |
| Credídi propter. | (*cxv.*) | [320]. |
| Confitémini [Dómino quóniam] *v.* | (*cxxxv.*) | [340]. |
| Confitébor [tibi Dómine] *iij.* | (*cxxxvij.*) | [344]. |


## D.


| | | |
|---|---|---|
| Dómine quid multiplicáti. | (*iij.*) | [13]. |
| Dómine ne in furóre *j.* | (*vj.*) | [14]. |
| Dómine Deus meus in te. | (*vij.*) | [16]. |
| Dómine Dóminus noster. | (*viij.*) | [17]. |
| Dixit insípiens. | (*xiij.*) | [22]. |
| Dómine quis habitábit. | (*xiv.*) | [23]. |
| Díligam te Dómine. | (*xvij.*) | [30]. |
| Dómine in virtúte. | (*xx.*) | [38]. |
| Dóminus regnávit decórem. | (*xcij.*) | [45]. |
| Deus Deus meus ad. | (*lxij.*) | [47]. |
| Deus misereátur. | (*lxvj.*) | [47]. |

| | | |
|---|---|---|
| Deus Deus meus réspice. | (*xxj.*) | [91]. |
| Dóminus regit me. | (*xxij.*) | [93]. |
| Dómini est terra. | (*xxiij.*) | [93]. |
| Deus in nómine tuo. | (*liij.*) | [95]. |
| Defécit in salutáre. | (*cxviij. vj.* [*caph*]) | [141]. |
| Dóminus illuminátio. | (*xxvj.*) | [160]. |
| Dixit injústus. | (*xxxv.*) | [169]. |
| Dómine ne in furóre. *ij.* | (*xxxvij.*) | [171]. |
| Dixi custódiam. | (*xxxviij.*) | [201]. |
| Deus áuribus. | (*xliij.*) | [205]. |
| Deus noster refúgium. | (*xlv.*) | [207]. |
| Deus deórum. | (*xlix.*) | [211]. |
| Dixit insípiens. | (*lij.*) | [221]. |
| Deus in nómine. | (*liij.*) | [221]. |
| Deus repulísti. | (*lix.*) | [226]. |
| Deus in adjutórium. | (*lxix.*) | [243]. |
| Deus judícium. | (*lxxi.*) | [245]. |
| Deus venérunt. | (*lxxviij.*) | [254]. |
| Domine refúgium. | (*lxxxix.*) | [256]. |
| Deus stetit in synagóga. | (*lxxxj.*) | [266]. |
| Deus quis símilis. | (*lxxxij.*) | [267]. |
| Dómine Deus salútis. | (*lxxxvij.*) | [270]. |
| Dómine refúgium factus. | (*lxxxix.* ) | [273]. |
| Deus ultiónum. | (*xciij.*) | [276]. |
| Dóminus regnávit exúltet. | (*xcvj.*) | [278]. |
| Dómine exáudi. *ij.* | (c*xlij.*) | [280]. |
| Dómine audívi. | (*Habacuc.*) | [281]. |
| Dóminus regnávit irascántur. | (*xcviij.*) | [289]. |
| Dómine exáudi. *j.* | (*cj.*) | [291]. |
| Deus laudem. | (*cviij.*) | [302]. |
| Dixit Dóminus Dómino. | (*cix.*) | [311]. |
| Diléxi quóniam exáudiet. | (*cxiv.*) | [319]. |
| De profúndis. | (*cxxix.*) | [333]. |
| Dómine non est exaltátum. | (*cxxx.*) | [334]. |

| | | |
|---|---|---|
| Domine probasti. | (*cxxxviij.*) | [345]. |
| Dómine clamávi. | (*cxl.*) | [347]. |
| Dómine exaudi. *ij.* | (*cxlij.*) | [351]. |

## 𝔈.

| | | |
|---|---|---|
| Exáudi Dómine justíciam. | (*xvj.*) | [27]. |
| Exáudiat te Dóminus. | (*xix.*) | [36]. |
| Exaltábo te Dómine. | (*xxix.*) | [162]. |
| Exultáte justi in Dómino. | (*xxxij.*) | [165]. |
| Expéctans expectávi Dóminum. | (*xxxix.*) | [202]. |
| Eructávit cor meum verbum bonum. | (*xliv.*) | [206]. |
| Ego dixi in dimídio. | (*Ezechie.*) | [215]. |
| Exáudi Deus oratiónem meam et ne de. | (*liv.*) | [222]. |
| Eripe me de inimícis. | (*lviij.*) | [225]. |
| Exáudi Deus deprecatiónem. | (*lx.*) | [227]. |
| Exáudi Deus oratiónem meam cum dépre. | (*lxiij.*) | [229]. |
| Exúrgat Deus et dissipéntur. | (*lxvij.*) | [232]. |
| Exultávit cor meum. | (*Anne.*) | [235]. |
| Exultáte Deo adjutóri nostro. | (*lxxx.*) | [265]. |
| Ecce quam bonum et quam jocúndum. | (*cxxxij.*) | [338]. |
| Ecce nunc benedícite Dóminum. | (*cxxxiij.*) | [338]. |
| Eripe me Dómine ab hómine. | (*cxxxix.*) | [346]. |
| Exaltábo te Deus. | (*cxliv.*) | [353]. |

## 𝔉.

| | | |
|---|---|---|
| Fundaménta ejus in móntibus. | (*lxxxvj.*) | [270]. |

## 𝔍.

| | | |
|---|---|---|
| In Dómino confído. | (*x.*) | [19]. |
| Jubiláte Deo omnis terra. | (*xcix.*) | [46]. |
| Júdica me Dómine. | (*xxv.*) | [96]. |
| Iníquos ódio hábui. | (*cxviij. viij.* [*samech*]) | [142]. |
| In te Dómine sperávi. *j.* | (*xxx.*) | [163]. |
| Júdica Dómine nocéntes. | (*xxxiv.*) | [168]. |

| | | |
|---|---|---|
| Júdica me Deus et discérne. | (*xlij.*) | [205]. |
| In te Dómine sperávi non confúndar. *ij.* | (*lxx.*) | [243]. |
| Inclína Dómine aurem. | (*lxxxv.*) | [269]. |
| Jubiláte Deo omnis terra psalmum. | (*lxv.*) | [230]. |
| In éxitu Israel de Egýpto. | (*cxiij.*) | [314]. |
| In converténdo Dóminus captivitátem. | (*cxxv.*) | [328]. |

## L.

| | | |
|---|---|---|
| Laudáte Dóminum de celis. | (*cxlviij.*) | [49]. |
| Laudáte Dóminum in sanctis. | (*cl.*) | [50]. |
| Legem pone. | (*cxviij. iij.* [*he*]) | [132]. |
| Laudáte púeri Dóminum. | (*cxij.*) | [313]. |
| Laudáte Dóminum omnes gentes. | (*cxvj.*) | [320]. |
| Levávi óculos meos in montes. | (*cxx.*) | [322]. |
| Letátus sum in his que dicta sunt. | (*cxxj.*) | [325]. |
| Laudáte nomen Dómini. | (c*xxxiv.*) | [339]. |
| Lauda ánima mea Dóminum. | (*cxlv.*) | [354]. |
| Laudáte Dóminum quóniam bonus. | (*cxlvj.*) | [355]. |
| Lauda Hierúsalem Dóminum. | (*cxlvij.*) | [356]. |

## M.

| | | |
|---|---|---|
| Memor esto verbi. | (*cxviij. iv.* [*zain*]) | [132]. |
| Mirabília testimónia tua. | (*cxviij. ix.* [*pe*]) | [150]. |
| Miserére mei Deus secúndum. | (*l.*) | [173]. |
| Magnus Dóminus et laudábilis. | (*xlvij.*) | [209]. |
| Miserére mei Deus quóniam concul. | (*lv.*) | [223]. |
| Miserére mei Deus miserére. | (*lvj.*) | [224]. |
| Misericórdias Dómini. | (*lxxxviij.*) | [271]. |
| Misericórdiam et judícium. | (*c.*) | [290]. |
| Meménto Dómine David. | (*xxxj.*) | [337]. |
| Magníficat ánima mea Dóminum. | (*beate Marie*) | [360]. |

## N.

| | | |
|---|---|---|
| Noli emulári in malignántibus. | (*xxxvj.*) | [170]. |

| | | |
|---|---|---|
| Nonne Deo subjécta. | (*lxj.*) | [228]. |
| Notus in Judéa Deus. | (*lxxv.*) | [249]. |
| Nisi quia Dóminus erat in nobis. | (*cxxiij.*) | [326]. |
| Nisi Dóminus edificáverit. | (*cxxvj.*) | [331]. |
| Nunc dimíttis servum tuum Dómine. | (*Simeonis.*) | [367]. |

## O.

| | | |
|---|---|---|
| Omnes gentes pláudite. | (*xlvj.*) | [208]. |

## P.

| | | |
|---|---|---|
| Príncipes persecúti sunt me. | (*cxviij. xj.* [*schin*]) | [151]. |
| Parátum cor meum. | (*cvij.*) | [301]. |

## Q.

| | | |
|---|---|---|
| Quare fremuérunt gentes. | (*ij.*) | [12]. |
| Quicúnque vult salvus esse. | (*Athanasii.*) | [100]. |
| Quómodo diléxi legem tuam. | (*cxviij. vij.* [*mem*]) | [142]. |
| Quemádmodum desíderat. | (*xlj.*) | [204]. |
| Quid gloriáris in malícia. | (*lj.*) | [212]. |
| Quam bonus Israel Deus. | (*lxxij.*) | [246]. |
| Qui regis Israel. | (*lxxix.*) | [254]. |
| Quam diléta tabernácula. | (*lxxxiij.*) | [267]. |
| Qui hábitat in adjutório Altíssimi. | (*xc.*) | [274]. |
| Qui confídunt in Dómino. | (*cxxiv.*) | [327]. |

## R.

| | | |
|---|---|---|
| Retríbue servo tuo vivífica. | (*cxviij. ij.* [*gimel*]) | [97]. |

## S.

| | | |
|---|---|---|
| Salvum me fac Dómine. | (*xj.*) | [21]. |
| Si vere útique justíciam. | (*lvij.*) | [225]. |
| Salvum me fac Deus. | (*lxviij.*) | [241]. |
| Sepe expugnavérunt. | (*cxxviij.*) | [332]. |
| Super flúmina Babylónis. | (*cxxxvj.*) | [341]. |

## 𝕿.


| | | |
|---|---|---|
| Te Deum laudámus te Dóminum con. | (*Ambr. & Aug.*) | [41]. |
| Te decet hymnus Deus in Syon. | (*lxiv.*) | [230]. |


## 𝖀.


| | | |
|---|---|---|
| Verba mea áuribus pércipe Dómine. | (*v.*) | [14]. |
| Usquequo Dómine obliviscéris me. | (*xij.*) | [22]. |
| Ut quid Deus repulísti. | (*xxiij.*) | [247]. |
| Voce mea ad Dóminum clamávi. | (*lxxvj.*) | [249]. |
| Veníte exultémus Dómino. | (*xciv.*) | [277]. |
| Voce mea ad Dóminum clamávi. | (*cxlj.*) | [349]. |


¶ *Finis tabule.*

## Notes, pages [409]-[436].

[1] US-II:56. The Penitential Psalms are recited beginning on Ash Wednesday. The full rite appears in Noted Missal:243.

[2] 'me' is missing in 1531-P:47v, but is present in 1531-P:16v.

[3] 'Dómine' appears in 1525-P:21v. and in the Missal 1513:28v. It does not appear in the *Vulgate*.

[4] 'et', 1531-P:47v.

[5] 'In inítio'. 1531-P:34r, 48r.

[6] In 1519-P. this antiphon-text appears between the end of Vespers and the beginning of the Great Litany.

[7] SP:22v.

[8] US-II:56.

[9] 1519-P172r. gives music only for the first part of the Litany; the music is set a fifth lower, in the F-clef; 'audi' is set C.C.

[10] 'Swithúne', 1519-P:173v, SB-P:251. 'Swithíme', 1531-P:48v.

[11] 'Siríne'. 1519-P:173v.

[12] 'Petronélla'. 1519-P:173v.

[13] 'Affra'. 1519-P:173v.

[14] SP:164v.

[15] SP:164v.

[16] SP:164v.

[17] 'In hora mortis . . . Domine' usually does not appear in the Roman Breviaries (however it is to be found in the Pontificale Romanum Distributum Clementis 8 (Rome:1738) Vol 1:166.). The sources are not uniform in either punctuation or capitalization, ranging from 'In hora mortis succúrre nobis Dómine.' through to 'In hora mortis. Succúrre nobis Dómine.' No indication of the musical setting is provided in the sources.

[18] SP:164v.

[19] SP:165r.

[20] SP:165r.

[21] SP:165r.

[22] [dñm *Byrkm.* 1525-6; domnum *Brev. Rom.*] [SB-P:252.] 1531-P:49r has 'donum'. 'Domnum apostolicam'—Bishop of the Apostolic See. 'domnum apostólicum et' was eliminated by the Act of Supremacy, 1534.

[23] In 1519-P:174v. the petitions 'Ut regi nostro' and 'Ut congregatiónes' are in reversed order.

[24] SP:165r.

[25] SP:165r.

[26] SP:165r.

[27] SP:165r.

[28] SP:165r.

[29] SP:165r.

30 SP:165r.
31 1519-P:175r.
32 1519-P:176r.
33 'Sancte Cornéli'. does nota appear in 1519-P:176r.
34 'Radegúndis', Penpont:176r.
35 1519-P:177r.
36 'Tibúrci'. 1519-P:177r.
37 'Iacíncte'. 1519-P:177r.
38 'Thymóthee'. 1519-P:177r.
39 'Appolináris'. 1519-P:177r.
40 'Híllari'. 1519-P:177r.
41 'Tháurine'. 1519-P:177v.
42 'Cúhberte'. 1531-P:50r.
43 'Cáritas'. 1519-P:177v.
44 'Sampson'. 1519-P:178r.
45 'Richari'. 1483, 1531:50r. 'Richárde' appears in 1516-P:53r., 1525-P:62v. and the Processional:258.
46 'Fidis'. 1519-P:178v.
47 'Kyriáne'. 1531-P:50r.
48 'Philbérthe'. 1519-P:179r.
49 1531-P:50v. adds 'Sancta Radegúndis . . . ora.' This line does not appear in 1519-P:179v or in the 1516 Breviary, and is a repetition of that saint from four lines earlier.
50 'Kalíxte'. 1519-P:179v.
51 'Maurílli'. 1519-P:179v.
52 'Auberte'. 1531-P:50v.
53 In SB-P:267. indices of canticles, sequences and hymns follow this table.
54 SB-P:261.
55 Under each letter the references are in order of occurrence in the Psalter.